

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3796

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Jeanne, femme du chevalier Roger de Longvillers [particulier]

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1275, août

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

En vidimant la charte du chevalier Roger de Longvillers (ou Lonvillers) par laquelle Roger assigne à sa femme Jeanne la terre sise à Montigny au lieu de l'héritage de Jeanne sis à Saint-Silvain qu'ils ont vendu, Philippe [III], roi de France, approuve que ladite Jeanne tient et possède cette terre à titre viager.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 857, p. 201-202.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum Rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos litteras Rogeri de Nonvillari, militis, vidimus in hec verba :

Ego R. de Nonvillari, miles, notum facio omnibus hec visuris quod, cum ego et Johanna, uxor mea, hereditatem ipsius Johanne apud Sanctum Selvinum sitam vendidissemus pro membro lorice de Monteigniaco per bursam retrahendo, quod membrum lorice Robertus de Monteigniaco, armiger, cognatus meus, vendiderat, ego in recompensationem dicte hereditatis Johanne, uxor mee, dictum membrum lorice de Montigniaco cum fructibus, exitibus et leveiis ejusdem teneat et possideat toto tempore vite sue, et volo et precipio quod heredes mei sive successores predictam Johannam uxorem meam dictam terram de Montigniaco, quamdiu vixerit, tenere permittant, et vendere terram eidem uxori mee, quamdiu vixerit, ut dictum est, garantient et defendant, et quantum ad hoc heredes seu successores meos relinqu specialiter obligatos, ac insuper excellentissimo domino meo Philippo, Dei gratia, Francorum regi supplicavi ut hujusmodi concessionem meam ratificare vellet et eam per suas litteras confirmare. In cuius rei testimonium, presentes litteras feci sigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini M° CC° septuagesimo quinto, mense augusto.

Nos vero dictam concessionem et omnia premissa, et singula, prout superius continentur, quantum in nobis est, rata et grata habentes ac etiam approbantes, volumus et concedimus quod dicta Johanna, si prefato militi, viro suo, supervixerit, teneat et possideat, quamdiu vixerit, totam terram predictam, prout superius est expressum, salvo in aliis jure nostro et jure etiam in omnibus alieno. In cuius rei testimonium, presentibus litteris nostris fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini M° CC° septuagesimo quinto, mense augusto.